

A. Rex Natale Domini Palithi egit Pascha in Niu-  
 (a) mago celebravit. Burchardus Wormatiensis  
 ordinatus Episcopus, qui in scripturis stu-  
 diosus magnum illud Canonum edidit volumen  
 scripturarum, sententiarum undique compilatis  
 defloratum.

Guntherus vir nobilis ac potens de Thuringia  
 consilio Godehardi Abbatis renuntians, oibz  
 quae possedit, in Alata Monachum est factus.

B. Interca Balduwinus Duxem Flandrensem  
 juvenis ac rerum affluentia ac mala ini-  
 quorum inflatio adversus Regem armavit  
 & Valentianam urbem possidere in Marcha  
 Francie & Lotharingiae sitam volebat.

Quod Rex ubi primam comperit, ipse cum  
 signis militaribus accedens eripere eandem  
 affidua impugnatione tentavit, sed nil pro-  
 ficuens, abut expeditionem suam in pro-  
 ximaestate super Balduwinum orient-  
 alibus & occidentalibus femiter indicens.

Hilpericus librum de ratione compositi  
 scripsit.

Magr. Chron. Belg. p. 103

Consent. Aventin. Annot. Boi.  
 L. V. c. 5. n. 3. p. 405.

Post mortem Thonis  
 Ducis Lotharingie, Du-  
 catus idem datur per  
 Imperat. Henricum II.  
 Anno Domini MVI. anno  
 vero regni sui quarto Co-  
 mite Godefrido Verdunen-  
 si, filio Godefridi Comitis  
 Ardennensis, quem rexit  
 annis XIV.

Actus Godefridi Comitis  
 Ardennensis fuit uxor  
 Mechtildis Comitissa  
 Saxonis, quo peperit ei  
 Episcopus Verdunensem Al-  
 beronem